



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll L15 [N.B. This Roll was previously named S2.]

Roll L15 [previously S2] (recto) [Wednesday] 1 April 1635

1635

S2

Manerium de Dulwich

[The text to the right is initially obscured, as shown, by what look like inky fingerprints.]

Visus Franci plegii cum Curia Barronis **ibidem** inchoata et tenta primo die Aprilis Anno regni Domini nostri Caroli nunc regis Anglie &c undecimo **per** Thomam Edgar Senescallum **ibidem** :

Juratores pro rege

Jacobus Nelham
Paulus Baxter
Johannes Duffell
Johannes Bodger
Edmundus Redman
Faver Fox
Johannes Barret

Jurati pro rege

Robertus Kingsland
Hugh[sic] Bolton --
Ricardus Crane
Willelmus Staple
Henricus Collens
Edmundus Cozens &
Thomas Hamon

Misericordia

Imprimis p^{re}sentant quod Johannes Apleton generosus et Ricardus Tredgould inhabitantes infra p^{re}cinctum huius Letæ ad ultimam Curiam **ibidem** tentam decimo quarto Die Aprilis Anno domini 1634 ordinati fuerunt ad faciendum cursum aquæ uno pedo latiore in eorum fundo a [illegible] aquilone de le Nulands usque le Eighteene Acres versus occidentem ante ultimum diem Octobris[sic] ultimi elapsi : qui adhuc infectum existit ideo ipsi sunt in misericordia: 3^{xi}- 6^s- 8^d

misericordia

Item p^{re}sentant quod ad ultimam Curiam **ibidem** tentam Henricus Hutchinson et Paulus --- Baxter inhabitantes infra p^{re}cinctum istius letæ ordinati fuerunt foveam vel aquæ

cursum eorum in Croxstead Lane escurari ante ultimum Diem Julij ultimi elapsi /qui adhuc infectum existies ideo ipsi in misericordia ----- 1^{£i}-- 13^s -- 4^d

pena
apposita

Item ordinatum est quod dicti Johannes Apleton et Ricardus Tredgould dictam fossam vel aquæ cursum a fine aquilone de le Nulands usque ad finem occidentalem de le --- Eighteene Acres uno pedo latiore in eorum fundo scindent seu scindi facient ita quod a qua meliorem cursum habeat idque factum esse ante ultimum Diem Novembris proxime proxime sequentem sub pena unaquæque perticata tunc inescorata ----- 00^{£i}-- 2^s -- 0^d

pena
apposita

Item ordinatum est quod dictus Paulum Baxter dictam fossam vel aquæ cursum in Croxstead Lane escuriet seu escutratis faciet ita quod aqua cursum libu^r habeat idque factum esse ante ultimum diem Julij proxime sequentem sub pena una quæ que perticata tunc minime inescorata ----- 0 – 0 -- 6^d

pena
apposita

Item ordinatum est quod Johannes Merriton clausum suum Anglice the Inclosure quod ex regie via sepsit pandet fossamque suam ut in tempore antiquo fuit, implet ; Orbitemque suum Anglice his Style qui in eodem clauso posuit detrahet , et in regiam viam apertam faciet ante secundum diem Julij proxime sequentem sub pena ----- 5^{£i} -- 0 – 0

pena
apposita

Item ordinatum est quod Dictus Ricardus Tredgould horreum suum quod in regia via stat removebit, et in regiam viam iterum pandet ut fuit in tempore antiquo idque factum esse ante secundum Diem Julij proxime sequentem sub pena ----- 5^{£i} -- 0 – 0

pena
apposita

Item ordinatum est quod Thomas Hamon terrarum t...nilos quæ in regia – via ta...at a horrio suo usque ad ~~ad~~ finem occidentalem de le Ashepoole detrahet ita quod regiam viam ut antea non offendit idque factum esse ante sextum diem – Augustij proxime sequentem sub pena ----- 2^{£i} -- 0^s – 0^d

pena
apposita

Item ordinatum est quod nulli inhabitantium de Dulwich infraque p^{re}cinctum huius
letae terram vel tellurem Anglice Looe ullo tempore fodent iuxta finem
orientalem Cemiterij in regia via quae ducit ad Curiam Dulwici[sic] vocatam
Dulwich Court sub pena ----- 1^{li} -- 6^s -- 8^d

pena
apposita

Item ordinatum est quod Nicholaus Bodger imparcabit Anglice shall kennell
canes suos venaticos aut eos custodibit infra suas libertates ita quod
vicinis suis damnum non inducunt aut offendunt ut p^{re}antea fecerunt
et hoc factum esse ante vicissimum diem Julij proxime futuri sub pena - 6^{li}-- 6^s- 8^d

misericordia


Item compertum est quod Walterus Ethersall ad ultimam Curiam hic tentam p^{re}sentatus fuit
quia Cervitiam per illicitas mensuras vendidit et assizam fregit ideo
ipse in misericordia ----- 0 -- 3^s-- 4^d

misericordia

Item compertum est quod dictus Walterus Ethersall ad ultimam Curiam hic tentam p^{re}sentatus
fuit quia domum tipulariam et irregularem nocte tenuit ideo ipse in
misericordia ----- 0 -- 3^s-- 4^d

pena
apposita

Item ordinatum est quod Hugh Bolton non poneret in fouldagio suo nec
fouldari seu molestari causaret ullos oves aliquorum inhabitantium de
Dulwiche preter quam suos proprios sub pena pro quolibet tali ---
offenso ----- 0^{li} --- 10^s --- 0^d

per  Senescallum suum

[End of L15 [previously S2] (recto). L15 [previously S2] (verso) follows below.]

pena apposita Item ordinatum est quod Walterus Ethersall terram suam iuxta domum Thomæ Hamon escorabit usque ad aqua[sic, aqui]lonem partem horrei Faveri Fox ante septum diem Octobris proxime sequentem sub pena pro qualibet perticata tunc minime inescorata

$$\frac{0^{\text{£l}} \text{ --- } 1^{\text{s}} \text{ --- } 0^{\text{d}}}{\text{-----}}$$


pena apposita Item ordinatum est quod dictus Walterus Ethersall pontem iacebit vel ipsam partem foveæ suæ quæ est via Charectica firmam faciet ita quod aqua in regiam viam non fluit idque factum esse ante septum diem Octobris proxime sequentem sub pena ----- $0^{\text{£l}} \text{ --- } 6^{\text{s}} \text{ --- } 8^{\text{d}}$

Officium Constabularii Item Capitales plegii Willielmum Staple unum residentium infra p^{re}cinctum huius letæ elegerunt ad officium Constabularii exercendum et exequendum ibidem, qui modo p^{re}sens in Curia sacramentum suum corporale p^{re}stitit officium illud bene et fideliter exequendum &c

Officium de Headborro^w Item similit^{er} elegerunt Johannem Starky et Henricum Mathewe residentes infra p^{re}cinctum huius Letæ ad officium de Headborowes ibidem tenendum qui modo p^{re}sentes in Curia uterque eorum existit iuratus officium illud separaliter et respective bene et fidelit^{er} exequendum &c :

Officium de Alconner / Itemque similit^{er} elegerunt Robertum Sheapard unum residentium infra p^{re}cinctum huius Letæ ad officium de Alconner ibidem tenendum qui modo p^{re}sens in Curia sacramentum suum corporale p^{re}stitit officium illud bene et fidelit^{er} exequendum &c /

S

per  Senescallum
 ibidem
